



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici  
Doctiss. Sacrae || Theologiae & Iuris Canonici Doctoris ||  
celeberrimi, ac Ecclesiae Ham-||burgensis quondam  
Decani**

**Krantz, Albert**

**Coloniae, 1574**

Capvt XXX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11453**

debet haberi, si illi, vt postea, comitatus Stadensis iungeretur: quod idcirco dixerim, vt aliquam illorū temporum memoriam è tenebris in lucem vendicarem.

## CAPVT XXX.

**B**ernhardus inferioris Saxonie dux, nepos Hermannii, ausus Imperatori Henrico rebellare, turbauit vicinas ecclesias Saxonie. Ex illo enim tempore, quo ille post patrem Bennonem gubernacula suscepit, nunquam pax inter archiepiscopum Vrvanum, quæ tum præerat, & ducem extitit: Illo pro rege & ecclesia partes interponente, Duce autem pro suarum amplificatione rerum agente. Hac æmulatio dum prius occulta esset, ex hoc tempore vires accepit, & creuit in immensum. Bernhardus dux, tam auitæ humilitatis, quam paternæ religionis oblitus, primò quidem gætum Svwandolorum (Svandolorum ea pars fuit) per auaritiã opprimens, ad necessitatem resumendi paganismi coëgit. Deinde per superbiam beneficiorum immemor, totam secũ ad rebellandum Casari mouit Saxoniam. Nouissimè insurgens in Christũ, ecclesias oppugnauit, præcipuè Bremensem, quæ & ditior erat eo tempore cæteris: & Hamburgensem, quæ remotior videbatur à manu Imperatoris. Huius autem impetum viri Vrvanus taliter suæ magnitudine animi fregit, vt præ pudore sapientiæ & libertatis episcopi, dux, cui antè aduersatus est, deinceps cogereetur beneuolus esse ad omnia. Ergò audito Vrvani pontificis consilio, rebellis tandem est flexus princeps. Scaldinborg supplex Henrico Casari dedit manus, Vrvano interueniente, Svandalis tributo subactis, pacem reddidit, Transalbinis, & ecclesie Hamburgensi: Ad cuius instaurationem Vrvanus post Svandalicam cladem, ciuitatem & ecclesiam

R 2

fecit

fecit nouam: Simul ex singulis congregationibus suis, qua virorum essent, tres eligens fratres, vt simul duodecim fierent, qui in Hamburgo canonica degerent conuersatione, populum ab idololatriæ reuocantes errore. Ordinauit etiam in Doandaliâ, mortuo Regiberto, ex fratribus Hamburgensis ecclesiæ Bemnonem virum prudentem, qui in Aldenburgo multum attulit predicationis in populo fructum. Per idem tempus, Henricus rex Bambergensem ecclesiam illustrauit, duo addens monasteria. In monte quidem sancti Michaelis, ab altero latere ecclesiæ, in honorem diui Stephani iussit consecrari cœnobium: Conuertens ad honorem immortalis Dei, quod alius in superbiam filiorum erigendam conuertisset. Cunegundis regina ad hac mirabilis zelo cooperatur, preparans sibi in terra amicos pauperes, qui se recipiant in aeterna Dei tabernacula: Ecclesiæ & monasterijs abunde in prædijs est prouisum. Eius Theodericus Metesum episcopus Cunegundis frater, filij Sifidi comitis Palatini de Rheno, qui largitate sororis liuentibus oculis perspiceret, regemque aliquando desuper conuenit, quod patrimonium coniugis in ecclesiam pateretur abalienari: Sed obsurdum rex eas obiurgationes, miratus quod vir ecclesiasticus, ecclesiæ incrementis inuideret. Tanta autem incensus episcopus ob eam rem indignatione, vt hostiles animos ostenderet in regem, & ad hostilia peruenit agenda. Duxit in eum rex, & damna, vt fieri solet, damnis compensans, eum perduxit episcopum, vt facile conquisceret.

## CAPVT XXXI.

**C**um autem teneret Ottonum prædecessorum suorum opere Lotharingiam rex Henricus, Floren-

drensis  
barba, q  
arcem V  
Henricus  
recupera  
arcem m  
Gandau  
aliquot p  
recondit  
fecit, &  
sacramen  
orum su  
feudū re  
bella voc  
etiā illi  
posita, co  
bus ita co  
Imperio  
pendio d  
exercitu  
provinci  
firmauer  
stra Han  
nomen r  
condend  
habitato  
presidiu  
manos,  
ricus rex  
bus, vrb  
sunt aut  
cordi h